

cum XENOPHONTE, Paed. L. VI. Χωρίς ἡμεν ἀλλήλων, *separati*, (adeoque non praesentes) *eramus*, alteri ab alteris, cui opponitur ἐμῶ μένειν, itidem quandoque ponitur IO. SCAPVLA u. ΧΩΡΙΣ, col. 1833. H. STEPHANI thesaur. L. Gr. T. IV. col. 682. seqq.

III.

Et Sym-
bola uidem
sat clare
rem confi-
ciant.

Hoc pii itaque Confessores expediuere diu, B. O. plane *negotio iustificationis*, nec *inseri*, nec *immisceri* debere. Postea sic ordine progrediuntur: 1) *cum persona iam est iustificata*, 2) *tum etiam per Spiritum S. renouatur et sanctificatur*, 3) *deinceps fructus, b. e. B. O. sequuntur* - - - *Falsum erit, si quis dicat, fidem non posse iustificare, sine operibus* - - - *uel, in articulo iustificationis esse necessariam PRAESENTIAM bonorum operum. Alibi, credimus etc.* - - *quod homo peccator coram DEO iustificetur* - - - *absque ullis praecedentibus, PRAESENTIBVS, aut sequentibus nostris operibus.* Form. Concord. p. 684. 691. 693. 704. Si qui etiam ex Theologis quandoque aliter loqui uidentur, tum *praesentiam O. O.* urgent, non ad *actum*, sed *statum*; ad *ordinem, oeconomiam et acolutiam* sanctificationis, non uero ad *fundamentum* iustificationis; ad *arborem cum fructu*, non *sine fructu*; ad *fidem concretam*, non *abstractam*; ad *fidem cum operibus*, non *sine operibus*, uti LV- THERVS rem fusius explicat, *Commentar. in Epist. ad Galat. fol. CLIX. a.* Conf. B. SONTAGII *Migades Theolog. p. 21.*

IV.

Χωρισμὸν
hinc urgent
merito The-
ologi.

Χωρισμὸν, respectu O. O. merito, cum Luthero, in praegnantissimo hoc articulo, requirunt omnes, quotquot (quorum series dari amplissima posset) cum Neumanno, Schelguigio, Foertschio, Wernsdorfio, Iano, Eilmaro, Hamburgensibus, Blumbergio, Ianzenio, Sibeth, Klugio, in hoc capite elaborarunt. Nec foetet adeo *orthodoxia haec nostra*, ut foetuisse magis Pharisei ac Sadducaei ueteres non potuissent, conuitiante tamen ita DEMOCRTO, *in gelehrt. Zeitungen von gel. Zeit. P. I. p. 6.* Unus sufficere posset LV THERVS, sic Paulus inquires, *conatur nos prorsus abstrahere ab inspectione nostri, legis et operum, et in ipsum Christi-*
stum